



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 8. Cur Deus, cùm bonus sit, mala esse in mundo, sinat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

entiã destitui scandalizantur; qui DEVM in-
 tus nôrunt, qui arcana iudicia, consiliaque
 DEI perscrutati sunt, in his rebus, ingentem
 agnoscunt thesaurum latitare. *Verbum enim* 1. Cor. 1, 18
Crucis pereuntibus quidem stultitia est, ijs autẽ,
qui salvi sũnt, id est, nobis, Dei virtus est. Scriptũ
est enim: Perdam sapientiam sapientiũ, & pru-
dentiam prudentiũ reprobabo. Vbi sapiens? vbi
scriba? vbi cõquisitor huius seculi? Nonne stul-
tam fecit Deus sapientiã huius mundi? Nã quia
in Dei sapiẽtia nõ cognouit Mũdus, per sapiẽtiã,
Deum: placuit Deo, per stultitiã predicationis,
saluos facere credẽtes. An nõ enim mũdo stul-
titia videtur, injurias, cõtumelias, dolores,
calamitates vocare bona? & eos beatos pro- Matth. 5. 1.
nũciare, qui persecutionẽ patiũtur? Et tamen
diuina sapiẽtia ita loquitur, quæ etiã addit:
Beati estis, cũ maledixerint vobis, & persecuti
vos fuerint, & dixerint omne malũ, aduersum
vos, mētientes, propter me: gaudete & exultate,
quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Si bo-
na est merces hæc, bonũ est labor, cui ea pro-
mittitur, quia vtilis ad eã promerendã. Est
enim vtile quoddam vtiq; bonũ; & tantò
maius bonũ, si vtile est ad sumã beatitatẽ.

§. VIII.

Cur Deus, cùm bonus sit, mala esse, in
Mundo, sinat? Ne

Ne

Nemo dicat: si bonus est DEVS, cur mala permittit? cùm ea, quæ stulti mala putant, bona sint. Nemo dicat: vel potest DEVS facere, vt mundus careat ærumnis, & nō vult facere; vel nō potest miseras è terris removere: si non potest, ergo ipse miser est, quia impotens; si potest, & non arcet, ergo inuidus, aut malignus. Potest omninò DEVS, ex exilio patriã, è Caucaso Paradisum, è terra coelum facere; sed non vult, hoc ipso, quia optimus, & quia potētissimus est. Nam ea ipsa, quæ mala putãtur, homini optima sunt, ideò ea vult homini, ex sua bonitate, DEVS: vt autē optima sint, infinitæ sapientiæ eius, potētia est: quæ vel inde est suspiciēda, quia è malis potest bona facere; per labores ad quietē ducere; per dispēdia corporis, animæ lucrum procurare; deniq; per ærumnas, ducere ad verã felicitatem. Quis præmiū meretur, sine labore? Quis coronaretur, nisi legitime certaret? Diuina ars est, hominē premere in hac vita, vt ad alteram erigatur; abinthio terram reddere amarã, vt ad coelestem anhelet suauitatem, atq; ad dulces illos fontes, vnde scaturit veræ *torrēs voluptatis*. Denique, qui multis & grauibus huius æui malis vexatur, coniecturã dilcit facere, quæ, in inferno,

2. Tim. 2.
5.

Pl. 35. 9.

inferno, futura sit vis tormentorū. Ob has tales causas, si DEVS amicis suis mala imittit, nonne diligit? nonne vicissim & ipse diligendus est, & censendus bona potius, quam mala procurauisse? ac, ob vigilantissimam hanc sollicitudinē, paternamq; prouidentiam, beneficus potius, quam durus est appellandus? § IX.

Que malis, sua culpa, mala contingunt, ea, in diuinis oculis, tanquam ex iustitia orta, esse bona.

Quod si quidam mala malè sustinent, quia ipsi mali, iam multò minùs id, quod malum iudicant, Numini debēt attribuere, sed sibi. *In iudicijs, quae de Deo retuli, inquit Themistius, nihil aliud magis elucet beata illius naturae, quam ipsa bonitas. Vnde & nomen illi fecimus, idq; tanquam omnium illustrissimum dignissimumq;. Quando & longi cui esse, & plures potentia superare, multis etiam animae expertibus inesse cernimus. Caterùm Homerus hoc nō rectè est opinatus, duo, in Ionis domo, dolia jace- re, fatis plena, unum bonis, alterum aduersis. Neq; enim malorū, in caelo, vllum est penu. Sed hinc illa huius dolij confusio, à luto nimirū, terraq; in qua versamur, nosq; illud implemus, & euacuamus; neq; puros fluere sinimus fontes il-*

Themist;
Orat. 16.